

570 **Portus** (ab accessu **ventorum**) **immotus** et **ingens**

ipse :// sed horrificis juxta **tonat Aetna** ruinis,/

interdumque **atram prorumpit** (ad aethera) **nubem**

turbine **fumantem** piceo et candente favilla,/

attollitque **globos flammaram** / et sidera lambit ;//

575 interdum **scopulos avulsaque viscera montis**

erigit eructans, / **liquefacta**que **saxa** (sub auras)

(cum gemitu) **glomerat** / fundoque **exaestuat** imo.//

Fama est [**Enceladi semustum** fulmine **corpus**

urgeri mole hac], [**ingentem**que insuper **Aetnam**

580 **impositam** ruptis **flammas** **expirare** caminis],

[et [**fessum** quotiens **mutet latus**], **intremere omnem**

murmure **Trinacriam**] [et **caelum subtexere** fumo].